Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sti. Ego pro eis rogo non pro mundo: sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt: et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: et hi in mundo sunt: et ego ad te veniam. Omel. v. Glorificatum Aug. ep. a patre filium secundum formam servi cum esset susceptum a morte et ad suam dexteram collocavit res ipsa monstrat: et nullus ambigit phanaticus. Hoc quod non dixit pater clarifica filium tuum sed addidit etiam ut filius tuus clarificet te: multo quidem quam pater clarificavit filium: sed semper una claritas patris nec diminuta fuit in forma humana nec augeri potuit in sua proprietate divina: sed in scripta claritas patris nec minuitur nec augeri potest: apud homines autem paulo diversio minor est quod in ipsa tantum notus erat iudaea solus omnis usque ad eam sum laudabant primum nomen domini. Hoc autem quia

a patre filium pacifium xpm factum est: ut pacificum mundo reconciliaret gentibus: propterea patrem clarificavit filius. Si autem tantum mortuus fuisset filius nec resurrexisset paulo diversio nec a patre clarificatus fuisset nec patrem clarificasset. Nunc autem resurrexit clarificatus a patre resurrectionis suae potentiam clarificat patrem. Hoc quippe apparet ordo ipse verborum: clarificamus filium tuum ut filius tuus clarificet te. Tamquam dicat: Exclusata nunc: ut innotescas toto orbi prius. Quanto magis magisque pendens quam clarificet pater filium sic deinceps magis et pretium omnis carnis ut omne quod dedisti ei det eis vitam aeternam. Omne caro non dixit omne hominem a parte totum significans quando modum rursus a parte superiore significat hominem totum ubi ait apostolus. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quod enim omnis anima dixit non omnis homo. Hoc autem quod potestas xpi a patre data est.